



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 27. Erasmi Epistola ad Clementem VII. Pap.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

habuit, cui Hubmeyerus præsens ea, *Sæcul. XVI.*  
 quæ mox prælegit, rursum negavit, ac *A.C. 1524.*  
 vehementer contra infantum Baptisma  
 declamans, alios insuper errores pa-  
 lam propugnavit: quocirca in carcerem  
 conjectus, atque angulo quatuor muris  
 cincto inclusus mitiorem induxit ani-  
 mum, veniamque a Deo, ac Magistra-  
 tu precatus fassus est, se instigante dia-  
 bolo palinodiam suam revocasse. Magis-  
 tratus nimia indulgentia usus, suppli-  
 canti criminis gratiam fecit, nec alio  
 perjurum affecit supplicio, quam exilio  
 ex Tigurino Pago: Cum vero fatellites  
 a Cæfare missi vicinas considerent vias  
 illum comprehendere jussi, ideo Zwing-  
 lius a Senatu impetravit, ut Hub-  
 meyerus tamdiu Tiguri permaneret, do-  
 nec sublato periculo opportunam abe-  
 undi occasionem nanciseretur.

## §. XXVII.

*Erasmi Epistola ad Clementem VII.**Papam.*

Ferventibus hisce tumultibus doctus *Epist. Eral.*  
 ille Erasmus, cum a fidei suæ firmi-*t. 19. ep. I.*  
 tate nequaquam profanis hisce novita-  
 tibus undique divulgatis dimoveri pos-  
 set, literas dedit ad Clementem VII.  
 Papam, ut immotum erga Ecclesiam Ca-  
 tholicam studium, suumque animum  
 decla-

**Sæcul. XVI.** declararet. Dabat die decima tertia Fe-  
**A.C. 1524** bruarii anno salutis millesimo quingen-  
 tesimo vigesimo quarto. *Dum te, inquit,*  
*supremis rerum gubernaculis admotum cog-*  
*nosco, libet magis publice gratulari Orbi*  
*Christiano quam privatim tibi: Utinam per-*  
*nossent Sanctitas sua, quanta fide me gesse-*  
*rim in Lutheri negotio, qui nec magnorum*  
*Principum sollicitationibus, nec amicorum*  
*eruditorum illecebris, nec rursus quorum-*  
*dam Theologorum ac Monachorum odio, qui*  
*me ob invetas apud nos bonas literas pejus*  
*oderunt quam Lutherum, perpelli quiverim,*  
*ut seditioso negotio me adjungerem, &*  
*adversus Sedis istius dignitatem conspi-*  
*rarem: et si illas, quæ in libris ante*  
*Lutheri insultus a me editis scripsi, non*  
*nulli depravent, & in pessimam partem*  
*interpretentur: ceterum, cum illa scri-*  
*berem, non suspicabar, quod exinde*  
*populi offendio orioretur: si vero id scivi-*  
*fsem, multa ex iis non quod impia sint,*  
*sed ne malis mali occasio forent, aut si*  
*liuissim, aut aliter scripsissim, atque*  
*hac de caufsa ante annos duos in pos-*  
*terioribus editionibus multa correxi, ut*  
*talibus anfam eriperem; libenter tamen*  
*& cetera mutassim, si quis fraterne me*  
*monuisset. Ego semper me, mea-*  
*que omnia submisi judicio Romanæ*  
*Ecclesiæ, non repugnaturus, etiam si*  
*iniquam de me ferat sententiam. Sed*  
*mihi*

mihi certior est fiducia, tuæ *Sæcūlari*s Sæcul. XVI.  
 æquitatem hoc non passuram, ut paucorum A.C. 1524.  
 insanis odiis dedar. ad calcem Epistolæ  
 suæ subjungit Erasmus: *Precor, beatissi-*  
*me Pater!* ut *Dominus Jesus te velit esse*  
*novi & aurei sæculi vindicem & instaurato-*  
*rem, id quod vehementer una mecum ex-*  
*optant omnes, quibus hæc dissidia me-*  
*rito displicent.* Credat mihi, sua San-  
 ctitas superabit omnium Pontificum glo-  
 riam, si hos bellorum & opinionum tu-  
 multus composuerit: & primum quidem  
 efficiet, si se prætulerit Principibus om-  
 nibus æqualem, alterum vero obtinebit,  
 si quædam mutabit, quæ salva pietate mu-  
 tari possunt.

## §. XXVIII.

*Epistola Melanchtonis ad Erasnum.*

Elapso aliquot mensium spatio Erasmus *Ep. Eras-*  
 - epistolam recepita Melanchton scri- l. 19.  
 ptam, cuius hæc summa erat: *Non in-*  
*juria quereris de moribus eorum, qui E-*  
*vangelium hoc tempore profitentur, mi*  
*Erasme! oblii mihi plane videntur &*  
*humanitatis & Religionis, in Ecclesiis*  
*multitudinem seditionis concionibus con-*  
*citant, in literas saeviunt, & civilem*  
*disciplinam universam labefactant, sibi-*  
*que Regnum parant, non Christum docent.*  
 Post hæc Melanchton prorsus sine ullo  
*Hist. Eccles. Tom. XXXIV. Ff fun-*